

ut scilicet annum in sacris obuium Mæcenati ostendam, quo confirmatur Lutherum per doctrinam suam inter hostes pariter rediuiuum, breui et penitus Antichristum destructurum esse secundum versum symbolicum: Pestis eram uiuus, moriens ero mors tua Papa. Riuli tantummodo sunt, qui identidem in oblectamentum Patroni promanant ex debito. Cum Deo autem et die fons ipse aperietur edito libro, quem Altrissimi gloriae, ac Regi et Patrono meo inscribendum curabo. Vtinam uiuat et bene valeat Illustrissimus cum Electa sua et adspiret clienti humillimo, qui Mæcenati celsissimo ad preces et obsequia semper est

Snööde d. 18. Julii
1705.

addictissimus seruus
JANUS MARSTRAND.

Dieser Marstrand, welcher zum Prediger der beyden Gemeinen zu Snöde und Stoense auf Langeland 1693. den 3. Apr. berufen worden, und ums Jahr 1721. verstorben, beschäftigte sich insonderheit mit Erklärungen verschiedener prophetischen Bücher, die er 1698. und in den folgenden Jahren dem Herrn Grafen von Ahlefeldt zugesandt und dediciret hat, aber nicht ans Licht gestellet worden sind. Ich besitze von denselben folgende:

1. *Apertio Cantici Canticorum Salomonis, in oblectamentum Proregis illustrissimi facta.*
2. *Declaratio septem Periodorum Apocalypseos.*
3. *Templum Domini siue Coelum spirituale verissimis periodorum signis numerisque distinctum atque adornatum.* In einem Schreiben vom 7. Maii 1699. an den nachherigen Königl. Justice-Rath Joh. Anton Wardenburg, der damals in Gräfl. Diensten war, lässet er sich also vernehmen: Gaudeo te *Coelum spirituale* tam diligenter perscrutatam fuisse, mentionemque illius exigui operis tam commode fecisse, ut Illustrissimo, victrice veritate, accesserit desiderium inspiciendi signa et imagines eiusdem templi spiritualis, materiali depictas in templo, quod Gravensteinii nunc adornatur.
4. *Anonymi Sylloge de tolerandis Reformatis, siue Lutheranorum quorundam Doctorum super eodem Testimonia quædam. Accessit Auctarium de quæstione, an quiuis negans fundamenti fidei articulum secundarium, eo ipso salutari fide Deique excidat gratia.*

¶ r r r r a

§. XCV.